

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

De flagellatione Iesu, Theo. XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

cessum est Christo. Nam nudatus est non minus ter suis in passione vestibus, Nudatio
puta flagellandus, coronandus, & crucifigendus. Porro si quis inter flagel- Christi tri-
larionem & coronationem non reindutum vestibus contendat, sed antequam na.
flagellatus reindueretur vestibus, ad coronandum dicat nudum in præto-
rium (hoc est, locum spatioforem) introductum, non repugnantis sed dici-
mus, vbi purpura clamidē fuerat exuendus, suisq; reinduentus vestibus an-
tequam ad locum exiret Caluariae, necesse erat illum nudari: quam nudatio-
nem, si altera quam dixeram negatur, in illius locum supponimus. Ceter-
um hec ipsa nudatio Christi, de qua in præsentiarum loquimur, propter eius
fiebat flagellationem, quam Pilatus ut Iudeos placaret, ad Iesu ordinabat ca-
stigationem.

Precatio pro spiritus nuditate.

IEsu p̄fissime, qui propter nos nudari voluisti, da nobis affectum nudum ac ab omni-
bus terrenis, ociosis ac vitiosis exoccupatum ac liberum, quo extra te nil aliud cupia-
mus, sed tibi castissima, feruentissima, iugisq; dilectione semper inhæreamus, qui es
benedictus in secula, Amen.

DE FLAGELLATIONE IESU. Theorema XVIII.

ARGUMENTVM.

Qui nostra nobis peccata & penas pro his debitas remit-
tit, quiq; à flagellis Hebreos eripuit, pro peccatis nostris
ipse flagellatus ab eadem gente poenam luit.

IESVS MISERICORDIAM QUANTAM HUMA-
nae genit semper exhibuerit, quomodo peccatis hominum
ignoscat. Concilio XVIII.

Duos hoc argumentum in se habet articulos, puta ut is qui nostris
ignoscit peccatis, pro nobis ipse luit: & qui à flagellis Iudeos eri-
puerit, à Iudeis flagelletur. Certè non obscurum est, misericordia Do- Psalm. 32.
mini plenam esse vniuersam terram: quantum verò nobis parcat, quantum
ignoscat misericordiarum Dominus, non solum exemplis veterum, sed no- Psalm. 31.
stro etiam experientia didicimus. Quanquam enim multa flagella sunt pecca- Psalm. 31.
toris, sperantem tamen in Domino misericordia eius circundabit, & si iniquita-
tes obseruerat (id est, ad condignum puniret) Christus, quis sustineret? id psal. 129.
est, quis valeret sustinere? Testantur eius misericordiam languidi, quos cu- Misericor-
rauit ipse Iesus ambulans in mundo, quomodo penas infirmitatesq; corpo- diam suam
rum pro peccatis fibi inflictas, Domino curante, euaserint: & simul eorumde quomodo
peccatorum eodem Domino dimittente, veniam acceperint. Ita enim huius- Christus no-
modi sanans Dominus, dicebat: Vade, & amplius noli peccare. Item latro quoq; stauerit:
qui cum Christo suspensus ad crucem fuit, nonne mortem aliqui paulò post
tolerandam, sustinuit temporalem & fide quam habuit in Christum, etiasfit æ- Ioan. 8.
ternam? Magdalenam & alios cōplures à peccato redeentes, sine flagellis, citra
Lucæ 23.

Bb 3 impro-

J. VI
13